Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift



castris acies ordinatas pduxit. insignia belli sicut
auroram lunam & solem praetulit. ipsa cum uniuerso comitatu
suo triumphatura processit. Porro uexillum auroræ
sanguineo colore aciem martyrum præcessit. q contra ag
men psecutæ certamen iniit. quæ dura amara fuit.
Vexillum autem lunæ candido splendore aciem confessorum
præibat. quæ contra agmen hereticæ se armauerat.
quæ princeps aquilo fuerat. Vexillum solis igneo ful
gore aciem sapientiæ ante cessit. q arma contra agmen
falsæ fidei q gutte noctium dicunt sumpsit. Sequi autem
expositio refert nouam sponsum de occidente aduenisse.
& hanc regem magnifice suscepisse. Regina nanq; austri
cum suis triumphante. & cum rege tripudiante. ecce para
nimphi helias & enoch sunamitem in quadriga aminadab
cum mutuis milibus adducunt. quem reginæ & concubinæ
nec non & adolescentulæ cum ipsa omnium regina maxi
mo plausu excipiunt. & in hortum nucum cum magno
iubilo regi deducunt. De cuius aduentu rex exhilarat.
& hoc carmen ei modulat. Descendi in hortum nucum ut
uiderem poma cucumeris. & cetera. Postquam enim in fi
ne mundi plenitudo gentium ad fidem xpi intrauerit. tunc ecclesia synagoga per predicationem heliæ & enoch
fidem xpi suscipiet. quem ipse hac laude excipiet. Descen
di in hortum nucum. hoc est forma seruum assumpsi. &

TRIA VEXILLA